Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

uult. et seditiones ac turbas concitat. sit
biga, sit triga. frater uiri ac filius. et sororem illis
exhibebit et matrem. Alii uitricum et ge
nerum uocent. ille uitricum appellet et
fratrem. Hec ad breuem lucubratiunculam cele
ri sermone dictaui. uolens desidio postu
lantis satisfacere. et quasi ad scolasticam
materiam me exercens. eadem enim die
mane qua profecturus erat pulsabat hostium.
simulque ut ostenderem obtrectatoribus meis.
quod et ego possem quicquid uenerit in buccam
dicere. Unde et de scripturis pauca perstrin
xi. nec orationem meam ut in ceteris libris fa
cere solitus sum. illarum floribus texui. Et
temporalis est dictio. et tanta ad lumen lucer
nule facultate profusa. ut notariorum manus
lingua precurreret. et signa ac furta uerborum
uolubilitas sermonis obrueret. Quod idcir
co dixi. ut qui non ignoscit ingenio. ig
noscat uel tempori.

Ieronimus ad marcellam de muneribus. XV.

Ut absentiam corporum spiritus con
fabulatione solemur. faciat
unusquisque quod preualet. Uos do
na transmittitis. nos epistolas remittimus
gratiarum. ita tamen ut quia uelatarum uirginum
munus est. aliqua in ipsis munusculis esse mys
teria demonstremus. Saccus orationis atque
ieiunii signum est. selle ut pedes uirgo
foras non moueat. Cerei ut accenso lumi
ne sponsi exspectetur aduentus. calices mor
tificationem carnis ostendunt. et semper ani
mum ad martyrium preparatum. Calix quippe
domini inebrians perquam optimus est. Quod autem
et matronis offerimus paria paruis animalibus
uentilanda, debere luxuriam scito restin

quae muscae morituriae oleum suauitatis exterminant
guere. que cito cum isto interitura mundo.
oleum uite suauioris exterminat. Hic typus
uirginum. hec figura sit matronarum. in preter
sum licet munera uestra conueniunt. Sedere
aptum est ociosis. in sacco iacere penitentibus.
calices habere potantibus. licet et propter noc
turnos metus. et animum semper mala conscien
tia formidantem. cereos quoque accendisse sit
gratum.

Incipit epistola sacre sententie theodotii. XVI.

Perfectus homo est. qui se
ipsum cognouerit. id est.
si uere cognouerit se. cog
noscere eum potest qui fecit eum.
homo imago dei est. quod deo simile
est. sanctum est. Qui metiri uult
quantum sit inter celum et terram.
intelligat quid possit sua oratio. Hinc
enim oramus. ut ad superiora audiamur. Uox
est que omnia mensurat. si tamen se ipsam ante
in omnibus mensurauerit. homo iustus. filius
dei dicitur. Cum enim orat dicit. Pater noster qui
es in celis. Si agnoscis patrem tuum esse.
facito que placeant patri tuo. ut possis
heres esse diuitiis eius. Anima munda tem
plum dei est. anima inmunda. habitatio
est demonum. Anima fidelis thesaurus
celestis. anima infidelis. uas pertusum.
in quo si quid miseris semper defluit. Ani
me ornamenta mandata christi sunt. anime
deformitas. uicia corporis. Anima sancta regi
na est castitatis. anima iniusta. tyrannica
coniux est. Anima uirgo. sponsa christi est.
anima adultera. malignorum spirituum esca.
Anima sapiens futura nouit. anima insi
piens. nec se ipsam intelligit. Anima